

quidē ineptis hominib. cauendū: eos vt vigi-  
lent monendos: se prudentiorē iam factū, quā  
vt possit amplius vllas allici in insidias? atqui  
hoc est omniū quę ille conatur summū. Quin  
etia raro fruſtra, vt homines (eos p̄fertim qui  
authoritate valent, quorūq; in prudentia vigi-  
lantia quę sita esse Ecclesiæ videatur salus om-  
nis) in talem deſe adducat opinionem.

Ego verò certissimè persuasum habeo vt  
quisque à Satanæ laqueis longissimè ſe abefſe *Diabolus  
incantis in-  
hiat.*  
ſibi persuadet : ita eum illis esse proximum : quid dico proximū? immò eū illis iam quām  
arctissimè conſtrictum teneri. Scilicet Tyrunculus cui cum callidissimo veterano ſit nego-  
cium, non in maximo ſemper verſaretur perि-  
culo. Si enim tanta prudentia, ſagacitate, ſa-  
pientia, rerum vſu, vt omnes homines facilè  
antecedas; quid adhuc præ illo fueris, niſi no-  
uus miles? Quòd eò ſanè à me non dicitur:  
quia ad eius aetus, dolosq; declinādum, nihil  
ſpei relictum videri velim. Eſt omnino ſpes,  
& illa quidem certissima. Sed quibus? profe-  
tò non ſuæ nitentibus prudentiæ, aut ſagaci-  
tati; neq; ſecuris, oſcitantibus, ſibiq; nō cauen-  
tibus: aut ijs qui quali cū hoste res ſit non con-  
ſiderant: proptereaq; contemnunt: ſed ijs qui,  
cūm pericula probè comperta habeāt, pro pe-  
riculorum magnitudine idonea ad reſiſten-  
dum, hostemq; repellendum arma ſibi com-  
parant, quæ arma pulchrè deſcribit Paulus.